


K 887a

44163489







N

1

27.

Disputationum
IVRIS CIVILIS, EX
LIBRIS INSTITVTIO,
NVM IVSTINIANI IMP. IN ACA-
DEMIA GRYPHISVVALDENSI
PROPOSITARVM

PRIMA:
DE IVRE CIVILI RO-
MANO,

IN QVA

Præside:

DANIELE RVNGIO I. V. D.

Respondebit
MICHAEL HERWIGIVS Anclamensis.



GRYPHISVVALDIAE
 Ex Typographia Augustini Ferberi. Anno 1592.

Π Ο Σ Τ Ι Π Ω Ζ Ι Ζ

S P E C I E R V M I V R I S,


Ex lib. 5. Ethic. & Lib. 1. Rhetic. Aristotelis.

<p>οἰκονομικὸν i. domesticum quod e. vel</p> <p>Δικτυον seu Ius, aut est:</p> <p>πολιτικὸν i. populorum seu cōmu- ne sociera- tis politice quod aut:</p>	<p>Arist. lib. 5. Ethic. cap. 6.</p> <p>Arist. lib. 5. Ethic. cap. 7</p> <p>Arist. lib. 5. Ethic. cap. 7</p>	<p>γαμικὸν inter maritum & uxorem, non dissimile τοιητικῷ imperio pro- pter ἴστοτητα ή ἔρχεται καὶ ἔρχεται.</p> <p>ταξικὸν inter parentes & liberos si- mille βασιλικῷ imperio, propter mu- tuam φιλοσοφγίαν.</p> <p>διατηκόν inter dominum & seruum non dissimile τυραννικῷ imperio pro- pter parendi necessitatem.</p>	<p>Arist. lib. 5. Ethic. cap. 6. & lib. 1.</p> <p>Arist. lib. 5. Ethic. cap. 6. & lib. 1.</p> <p>Polit. cap. 4. & 8.</p>
		<p>φυσικὸν ή τεχνικὸν, ή ταπειχός πλώ ἀντών εἶχον δάμαντι, ή τέλος δοκεῖ, ή μή. Ius naturae, quod apud omnes per ἐquè custoditur: estq; ακινητον. sicut ignis hic & apud Persas eodem modo virit.</p>	
		<p>εἰρηναῖον seu scri- ptum.</p> <p>κοινόν i. com- mune seu I^o gentium ή συμφέρον ad vitæ hum. cōmoditatē introductū.</p>	<p>Νομός Lex Plebisca tum. διάταγ- μα, τεχό- γχανμα Edictū.</p>
		<p>Arist. lib. 5. Rhet. cap. 34.</p> <p>Arist. lib. 5. Rhet. cap. 34.</p> <p>Ιδιοπ. i. pro- priū cuius- q; civitatis καὶ σωμάτου</p>	<p>ἄγραφόν non scri- ptū ut ή πιστεύεται i. Εἰρηνή bonum τοιητικόν γεγοναμένην νό. μός ή ταπειχίων καὶ εἰναιμα. Arist. lib. 5. Ethic. cap. 10. & lib. 1. Et que vel: Rhet. cap. 44.</p>



380/144/634/89(1)

THESES
DE IVRE CIVILI RO-
MANO.



I.

*V M Iuri operam daturum prius
nosse oporteat, unde nomen Iuris de-
scendat; Ius à Iussu seu jubendo no-
men traxisse, & Iura veteres dixisse
Iussa initio sciendum est.*

Vlpian.in I. i. in princ. ff. de Iust. & Iur. Agricol.lib. i Dial. cap. 5.
Gelli.lib. 10. cap. 20. Loriot. tract. de Iur. axiom. 4. 5. 6. 7.

II.

*Vlpianus verò, cùm Ius à Justicia appellatum
tradidit, non Grammaticorum placita, sed natura or-
dinem secutus, Ius pro arte & doctrina Juris usurpa-
se videtur.*

Conti.lib. 2. lesti. Iur. cap. 6. Ræuard. lib. 1. var. cap. 2. Alciat.
lib. 1. parerg. cap. 29. Gouean.lib. 1. vario. cap. 18.

III.

*Appellatio Juris Civilis alias generaliter cuius-
cunq; populi ac ciuitatis Ius posituum; alias simpliciter
prolata Populi Romani, & tam Veteris quam
Nouæ Romæ Ius denotat.*

¶ Sed quidem Ius. Instit. de Iur. nat. gent. civil. l. Omnes populi
ff. de Iust. & Iur. l. 5. C. de Sacrosanct. Eccl. l. 4. C. de oper. publ.
l. fin. C. in quib. caus. pign. tacit. contr. ¶ final. Instit. de fatisdat.

IV.

Ius autem Civile Romanum est bonum & equum,

A 2 quod

*quod Populus Romanus in sua Republ. ad communem
utilitatem sibi proprium constituit.*

Conna. lib. 1. cap. 13. per l. omnes populi. l. pen. in princ. ff. de
Iust. & Iur. § Ius autem ciuile. Instit. de Iur. gent. & ciuil.

V.

*Doctrina istius Iuris, Celso finitore, est ars boni
& equi.*

Vlpia. in l. 1. ff. eod. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 30.

VI.

*Artem Juris Magistri pinguiori Minervia di-
sciplinam, doctrinam, scientiam, prudentiam controuer-
sias ex bono & aequo dirimendi interpretantur; secuti
Legum Autores, qui doctrinam Juris modo artem,
modo scientiam, modo prudentiam, modo sapientiam
appellant.*

Conan. lib. 1. cap. 3. Coras. lib. 1. de art. Iur. cap 14. Duaren. ad
tit. ff. de Iust. & Iur. cap. 2. per l. 1. l. 10. ff. de Iust. & Iur. l. 2. § Iuris
scientiam. ff. de orig. Iur. l. 91. § de illo. ff. de verb. oblig. l. 1. § pro-
inde. ff. de var. & extraord. cognit.

VII.

*Artis nomine censetur disciplina Juris, tum
quatenus τὸν τὰν θεωρητικὸν τέχνην, hoc est, circa fus
positium mutationi obnoxium versatur: tum etiam
quatenus τὸν θεωρητικὸν τέχνην (utrumq; enim Artis
est) eo tendit, ut ποίμα aliquod, nimirum aequi ab ini-
quo separationem, post se relinquat.*

Arist. libr. 6. Ethic. cap. 4. & libr. 5. Ethic. cap. 7. Vacon. lib. 1. de-
clarat. Iur. cap. 28. Loriot. in tract. de Iur. axiom. 8, 9. Coras. d. cap.
14. Iul. Scalig. lib. 3. poëtic. cap. 1. Picolom. de Philosoph. mo-
ral. grad. 5. cap. 48.

Non-

VIII.

Nonnulli ex theorematibus, praeceptionibus, regulis, decisionibus de Bono & Aequo Jurisprudentiam artis nomen assumere autumant, sicut τέχνη apud Lucianum σύνημα ἐγκαταλείπεωρ definitur.

Duar. ad tit. de Iust. & Iur. cap. 2. Coras. de art. Iur. d. cap. 14.

IX.

Scientia nomen eidem tribuunt, quatenus circa φυσικὸν δίκαιον, ἀδίκιον, ἀναγκαῖον καὶ ἀφθεγτόν, hoc est, boni & aequi naturam constantem & perpetuam occupatur.
Arist. lib. 6. Ethic. cap. 3. Coras. d. cap. 14. per l. pen. in princ. ff. de Iust. & Iur. § sed naturalia. Institut. de Iur. nat. gen. ciuil.

X.

Prudentia deniq; nomine eandem vocant, quatenus πρακτικὴ est τετρά τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ καὶ κακὰ, hoc est, actiones humanas bonas & malas dijudicat:

Arist. lib. 6. Ethic. cap. 8. Conon. lib. 1. cap. 3. num. 5. per l. 1. in princ. l. 10. § Iuris præcepta ff. de Iust. & Iur. l. 1. l. 2. ff. de legib. Vacon. lib. 1. declar. Iur. cap. 29.

XI.

Qua de causa Philosophi Prudentia politica subiiciunt δικασμὸν, hoc est, dijudicatrixem actionum humarum: eamq; in σώμασιν καὶ γνώμην ita subdividunt, ut σώμασις actiones καλῶς κατ' ἀκρίβειαν. Juris recte & strictè dijudicet: γνώμην vero κατ' επικίνειαν ex bono & aequo easdem estimet. Utriusq; naturam Theognis exprimens inquit: χρή με παρὰ σάθημην καὶ γνώμην τῶν δε δικασμῶν κύργε δίκαιη, τοῦρ δὲ ἀμφοτέρεσσι δόμεμη.

Aristot. libr. 6. Ethic. cap. 8. 10. 11. & ibid. Zuinger.

XII.

Porro Bonum & Aequum, cuius noticiam Jurisprudentia profitetur, communi ferè suffragio Interpretes nominant ἐπιείκειαν, nimirum ἐπανόρθωμα τὸ νομίμον, καὶ γεγαμένης νόμου ἔλειμμα, hoc est, Aequitatem ipsam & humaniorem scripti Iuris interpretationem.

Duaren ad tit. ff. de Iust. & Iur. cap. 2. Zafi. in l. 1. num. 1 2. ff. eod. Coras. de art. Iur. lib. 1. cap. 15. Loriot. tract. de Iur. axion. II. 12. Vacon. lib. 1. declar. Iur. cap. 28. per l. penult. in princ. ff. de Iust. & Iur. l. 2. § item Varus. vers. quanquam. ff. de aqu. plu. arcend. l. non solum. § 1. ff. de iniur. l. & si quis. 14. § hæc actio. ff. de religios. & sumpt. funer. l. in his. ff. de condit. & demonstr.

XIII.

Quidam verò Bonum & Aequum ad euomias referunt, hoc est, sanam Iuris legumq; constitutionem, medullam Iusticie, normam aequitatis, tam ciuilis, quam naturalis.

Budæ. in l. 1. ff. eod. VVesemb. in parat. ff. eod. num. 14. per l. § quid vendor. ff. de ædilit. edict. l. si me & Titium. ff. si cert. pe-
rat. l. 2. § fin. ff. de oblig. & action. Aequitatem in naturalem & ciuilem diuidit Duare. & Cuiac. in l. 1. ff. de pact. Petr. Faber in l. in omnibus. 90. ff. de regul. Iur. Oldendorp. in l. 1. ff. de pact. Mynsing. Cent. 6. obser. 63. per l. 1. ff. si is qui testam. lib. else. l. bona fides. ff. deposit. Naturalem aequitatem Iustinianus Invocat Ius naturale. § per traditionem. § thesauros. Instit. de ac-
quir. rer. dom. Ciuilem verò Cicero in Topia interpretatur Ius
ciuile. Borchold. in tract. de pactis. cap. 6.

XIV.

Eandem boni & aequi artem nomine Jurisprudentia definit Vlpianus, diuinarum atq; humanarum rerum noticiam, iusti atq; iniusti scientiam.

l. 1. § fin. ff. de Iust. & Iur. § Jurisprudentia. Instit. eod. VVesemb.

in Isagog. Instit. libr. 1. num. 2. Rainal. Corf. lib. 1. Indag. Iur.
cap. II.

XV.

Rerum diuinarum & humanarum noticiam, quam Philosophia sua arrogant Philosophi (Cicero lib. 4. Tuscul. & lib. 2. Offici.) cur Iurisprudentia Vlpianus tribuat, sententijs inter se dissident Iuris Magistri: Alij per res diuinas intelligunt Ius natura, diuina prouidentia constitutum; & res humanas Ius gentium & ciuile interpretantur, quod gentes humanae introduxerunt. (per § penult. & § ius autem gentium. Instit. de Iur. nat. gent. ciuil. l. omnes populi. ff. de Iust. & Iur.) Alij res diuinias & humanas de Iure publico & priuato Romano-rum accipiunt. (Oldendorp. in l. 10. ff. de Iust. & Iur. Mynsing. VVesemb. & Borchold. in § 1. Inst. eod.) Alij denique amplitudinem Iurisprudentiae populariter depingi his verbis autumpnant. (Budæ. in l. 1. ff. eod. VVesemb. in parat. ff. eod.) Ex his vero opinioribus, qua ad mentem Vlpiani proxime accedat, videamus.

XVI.

Justi atque iniusti scientiam cum Iurisprudentiae Vlpianus ascribit, hanc veram esse, & non simulatam Philosophiam innuit: que vita humana dux, societatis ciuilis & existentiorum, legum inuentrix, magistra morum & discipline, cuius finis οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.

Vlpian. in l. 1. ff. de Iust. & Iur. Papin. in l. 1. Marcian. in l. 2. ff. de legib. Cicer: lib. 5. Tuscul. Aristot: lib. 1. Ethic: cap. 2. & 3.

Simu-

XVII.

*Simulatam Philosophiam olim Sophista vendi-
tarunt, μαθημάτων κάπηλοι, πάντα ὑπέρ ἐπιδέξιως ποιῶντες,
hoc est, scientiarum venalitiae, ad ingenij ostentatio-
nem & quantum ociosas argutias professi.*

Plato in Sophista & Gorgia. Isocrat. in Sophista. Cicer: lib. 1.
Academ: Gelli: lib. 10. cap. 22. Petr: Fab: in l. 1. vbi de simulata
Philosophia eruditè differit ff. de Iust: & Iur:

XVIII.

*Veram autem Philosophiam sectantur Juris-
prudentes, Sacerdotes Iusticiae, qui τὸ γνῶναι τὰ δίκαια οὐκ
όιονται σοφίᾳ ξίναι, (ὅτι τερπὶ ὡρ δι νόμοι λέγουσιν οὐ χαλεπόμ
ξωτέραι) ἀλλὰ τὰ δίκαια τρέψτειν καὶ νέμειν; b. e. in ociosas
nudaque Legum cognitione non conquiescunt, sed ad Ius-
ris dicendi, respondendi, tribuendique munus accedunt,
bonos metu pænarum præmiorumque exhortatione effi-
cere cupientes.*

Vlpian: in l. 1. in princ: ff. de Iust: & Iur: Aristot: lib. 5. Ethic:
cap. 9. & libr: 10. Ethic: cap. 9. Gouean: lib. 1. var: cap. 18. Va-
con: lib. 1. declar: Iur: cap. vlt:

XIX.

*Ceterum Ius Romanum in publicum & priua-
tum ex recepta distinctione Vlpianus diuidit: Licet &
veterum quidam Ius Sacrum à Publico secernent, tri-
partitam Iuris Romani divisionem, in Sacrum, Publi-
cum & Privatum, tradant.*

Vlpian: in l. 1. § 1. ff. de Iust: & Iur: Gell: lib. 10. cap. 20. O. in-
til: libr. 2. cap. 4. Iustin: l. fin: in princ: C. de sacro. Eccles. C. ac:
lib. 1 §. obs: 33. Vnde Ausoni Idyl: 15. Ius triplex Tabulæ quod
ter sanxere quaternæ, Sacrum, Privatum, & Populi commune
quod usquam est.

Publi-

XX.

*Publicum est, quod ad statum Reipub. Romanae
spectat.*

I. i. § huius studij, ff. de Iust: & Iur. l. bona ciuitatis. 15. ff. de verb: signif: Loriot: in tract: de Iur: axiom: 26. 27. 28. Alciat. & Brechæ: in d.l. bona ciuitatis.

XXI.

*Id de rebus sacris & politicis disponens, in Sacrum
& Politicum seu publicum fuisse diuisum, ex antiquita-
tis Romanæ monumentis liquet.*

Cicer: lib. 2. & 3. de Legib: Riuall: libr. 2. histor: Iur: ciuil: Ræ-
uard: libr. 5. var: cap. 1 2. Cuiac: in parat: Cod: de legib.

XXII.

*Ius Sacrum aut in ceremonijs ad cultum religio-
nis pertinentibus, ut consecrationibus, dedicationibus,
expiationibus, ferijs: aut in Pontificum, Sacerdotum,
Augurum, Aruspicum, sortitionibus, electionibus, in-
augurationibus versabatur.*

Cicer: lib. 2. de legib: Macrob: lib. 3. & 7. Saturnal. Fest. lib. 17.
Oldendorp. & Gothofrid: in explicatione Leg: 1 2. Tab.

XXIII.

*Ius Publicum seu politicum in Populi Rom. axio-
mate & potestate situm, de pace & bello, de legibus iu-
bendis & abrogandis, de iudicijs exercendis, de magi-
stratibus creandis statuebat.*

Cicer: lib. 3. de Legib: Riuall: libr. 2. histor: Iur: Grucchi: de Co-
mit: Rom. libr. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 2. Brechæ: in l. bona ciuita-
tis. ff. de verb: signif:

XXIV.

*At vetus illud Ius tam Sacrum, quam Publi-
cum*

cum temporis decursu planè antiquatum esse, omnem
effugit dubitationis aleam.

Ræuard; lib. 5. var: cap. 12.

XXV.

Cum enim Populus Romanus omne suum imperium & potestatem in Augustum Cæsarem transtulisset, Sacri quoq; & Publici Iuris facultas ad eum transiit: Adeo ut dedicationes & consecrations rerum locorumq; sacerorum; Sacerdotum Augurumq; electiones; Iuris Legumq; sanctiones: Magistratuū creationes, deinceps non à Populo, sed Principe expedirentur.

Vlp: in l. 1. ff. de constit: Princ: & in l. sacra. in princ: ff. de res diuis: Plini: lib. 4. & lib. 10. epist: Modestin: in l. 1. ff. ad leg: Iul: de ambitu. Sueton: in vit: August.

XXVI.

Postquam vero Constantinus Magnus, eumq; secuti Diui Imperatores, clausi Idolorum delubris, aeterni veriq; Dei Verbum dicitur in uniuerso Orbe Romano sonare iusserunt; antiquum illud Ius Sacrum penitus abolitum, tandem cum Idolis evanuit; & Religio Christiana iuxta canonem Verbi diuini, atq; symbola quatuor Conciliorum Oecumenicorum, in locum eius successit.

l. 1. & tot: tit: C. de pagan: & sacrif: l. 1. & tot: tit: C. de sacros: Trinit: Auth: de Ecclesiast: titul: Nouel: 131. cap. 1.

XXVII.

Par ratione cùm Imperio Veteris Roma in Ori-
entem

entem translato, *Constantinus Imp. Nouam Romanam imperij maiestate decorasset, magistratum quoq; iura, officia, & nomina varie transposita, Ius publicum variè mutarunt.*

Vide lib. 1. Cod. tit: 26. eum seq: & lib. 10. 11. 12. Cod. Nouell. 13. 24. 25. 29. cum multis alijs. Vide libellum *Curopolatae* de officialibus Palatij Constantinopolitani. Item thesaurum vetustatis Romanæ, cui titulus: *Notitia vtriusq; Imperij, Orientis & Occidentis.* Item Alciat, in libell. De magistratibus, ciui-ibusq; ac militaribus officijs.

XXVIII.

*Hodiè publici Iuris loco sunt Constitutiones Imperiales, de statu omnibusq; Ordinibus Imperij Romani in Comitijs promulgata, ut *Aurea Bulla Caroli 4. Imp. Ordinatio Camera Imperialis; Constitutio de Pace publica; Item nobilis illa transactio des Religions friedjs / qua Augustana Confessionis Ordinibus pax & securitas data est, & similes.**

Vid. volum. des Reichsabscheide.

XXIX.

Priuatum Ius Romanum est, quod ad singulorum utilitatem spectat: Et vel ad personas pertinet, vel ad res, vel actiones. Nam omne Ius personis, quarum causa constitutum est; de rebus, de quibus est constitutum; per actiones, quæ hoc nomine introductæ sunt, reditum.

I. § 1. ff. de Iust. & Iur. l. 1. 2. ff. de stat. homin. l. pen. ff. de legib. l. nullus 13. C. de Indæis. § 1. Instit. de action. VVesemb. in § fin. Inst. de Iur. nat. gent. ciuil.

XXX.

Fontes Juris Romani tres sunt: nam vel ex naturalibus, vel gentium, vel ciuilibus præceptis dimanantur.

Vlp. in l. 1. § 1. ff. de Iust. & Iur. Hopper. lib. 1. de art. Iur. cap. de principijs Iur.

XXXI.

Primus Iuris Romanifons est Ius Naturæ, nimirum summaratio, insita homini, iubens quæ facienda sunt, prohibensq; contraria.

Cicer. lib. 1. de Legib.

XXXII.

Enimuero Juris constituendi exordium ab ipsa Natura ducendum est; cum Ius non opinione, sed naturâ constet.

Cicer. lib. 1. de Legib. Conan. lib. 1. cap. 1. Coras. lib. 1. de art. Iur. cap. 3. Ioseph. Gonzal. libr. vari. quest. cap. 38.

XXXIII.

Natura autem hominis in dupli potissimum est consideratione, aut communis est ei cum brutis, aut ipsius propria, in societatem bruta non admittit.

Cicer. lib. 1. Offic. & lib. 2. de Finib. Vacon. lib. 1. declar. 1. 2. Ioseph. Gonzal. d: cap. 38. n. 17.

XXXIV.

Commune homini cum brutis est non solum τὸ φυτικὸν cuius vis in plantis etiam animaduertitur: sed εἰς δρεπανικὸν quoq; ἐπιθυμητικὸν, οὐ ταθητικὸν, in affectibus, inclinationibus & propensionibus naturalibus consistens.

Arist. lib. 1. Ethic. cap. vlt.

Incli-

XXXV.

Inclinationes & instinctus naturales ferè principes, omni animantium generi innati, sunt: Amor sui ipsius, & speciei sua conseruanda desiderium.

Cicer. lib. 1. Offic. Coras. lib. 2. de art. Iur. cap. 3. Ioseph. Gonzal. d. cap. 38.

XXXVI.

Amor sui ipsius tūm in parendis quæ ad victum vitæq; commoditatē: tūm intuenda in cunctitate libertateq;, & depulsione eorum, quæ nocere possunt, versatur.

Cicer. lib. 1. Offic. § principio omni animantium, Arist. libr. 9.

Ethic. cap. 8. μάλιστα φίλος οὐσιών. Vacon. lib. 1. declar. cap. 3.

XXXVII.

Conseruatio speciei consistit tūm in maris & fœmina coniunctione τεκνογονίᾳ causa; φυσικὸν γένος τοῖς ζώοις ἀφίεσθι, ἐπειρ ἀυτὸν τοῖς τοποκαταλιπεῖτεροι: tum etiam in susceppta & sobolis custodia & educatione, ut per eam diuturritatis memoria in aūum relinquatur.

Arist. lib. 1. Polit. cap. 1. Plat. libr. 6. de legib. Cicer. lib. 1. Offic. § quid loquar, quanta in bestijs ratio ad perpetuam conseruationem generis earum appareat.

XXXVIII.

Ex hoc fonte varij deriuantur riuiuli in varias Iuri Romani partes: ut acquisitio eorum quæ cœlo, terra, mari capiuntur ad victum, unde Ius venandi, aucupandi, piscandi: 1. i. l. 3. ff de acqu. rer. dom. § ferè igitur bestiæ. Institut. eod. communis rerum communium usus ad vitæ necessitatem: 1. quædam. 2. ff. de rer. diuis. § & quidem naturali. Institut. de acq. rer. dom. Libertas

naturalis, in quan**n**tum tantum homines nasci, sed bruta quoque versari dicuntur: l. 4. ff de Iust. & Iur. l. naturalem. s. in princ. ff de acq. rer. dom. Propulsatio violentia, & defensio aduersus iniuriam illatam: l. vt vim. ff de Iust. & Iur. Viri & uxoris connubium: l. i. § fin. ff cod. Liberorum educatio: l. fin. C. de alend. liber. l. vnic. § taceat. C. de rei vx act. Affectio & solicitude paterna de salute liberorum: l. isti quidem § fin. ff quod met. caus. l. fin. C. de curat. furios. partus illegitimi status ex conditione matris: l. lex naturae. ff de stat. hom. & id genus alia. Conan. lib. i. cap. 4. Vacon. lib. i. cap. s. & ii. Loriot. de Iur. axi. 30. 31. 32. Ari. Pinel. in Rubr. Cod. de rescind. vend. par. i. cap. i.

XXXIX.

Hac brutis cum homine quodammodo communia, Iuri naturae ascribuntur, non quod bruta Iure utantur; sed quod nullo certiore argumento demonstrari possit, Ius aliquod naturae humanae insitum esse, quam si in brutis, qua solo Naturae instinctu mouentur, simulachra quedam, & quasi vestigia Iuris ostendantur.

Duaren. ad tit. ff de Iust. & Iur. cap. s. Conan. d. cap. 4. Joseph. Gonzal. d: cap. 38. n. 18.

XL.

Nam que bruta faciunt incitatione naturali, eadem si homines duce Ratione faciunt, Iure naturae facta censentur.

Gouean. libr. i. var. cap. 19. Cuiac. in notis Institut. de Iur. natural. civil. Rain. Cors. libr. i. Indag. Iur. cap. 10.

Pro-

XLI.

Proprium solius hominis est τὸ λογικὸν seu ἀγενόντιον,
& πόνωσμα οὐλα τὰ δίαις ως i. ratio decerpit ex mente diui-
na, insita anima hominis, suggestens κοίνας ἐνοίκε, &
δέξιώματα αὐτόγνωσα, αὐτόνισα μὴ ἀκιντα de discriminē hone-
storum & turpium, de bono & a quo, de Iustitia & re-
liquis virtutibus.

Arist. lib. 1. Ethic. cap. vlt. Cicer. lib. de Legib. ait: Ratione
præstamus beluis. Idem lib. 2. de Finib. § homines hoc uno à
bestijs plurimum differunt, quod rationem habent à natura
datam. Plutarchus in libell. de industria animalium, multis
argumentis contendit, rationem & prudentiam brutis inesse. La-
etant, libr. de Opific. cap. 2. Quintil. lib. 2. Rhet. cap. 17.

XLII.

Eius generis sunt architedonica, catholica &
præctica illa principia, qua Ulpianus refert: Honestè
vivere, Neminè lacerere, Suum cuiq[ue] tribuere: l. 10. § 1.
ff. de Iust. & Iur. qua diriguntur ad auream istam, cor-
dibus hominum inscriptam regulam: Quod tibi non
vis fieri, alteri ne feceris.

Hac regula summam secundæ tabulæ Legis Dei comprehendit
Christus Saluator noster, Matthæ. 7. Luc. 6. Et Alexander
Seuerus Imp. tanti eam fecit, ut palam in palatijs suis, & operibus
publicis eandem perscribi iuss erit. Lamprid. in Alexandr.

XLIII.

Et hoc quidem Ius rationis seu naturæ humana
Cicero in sex classes distribuit: Religionem erga Deum:
Pietatem erga patriam, parentes, & cognatum san-
guinem: Observantiam erga senes, & alios sapientia,
dignitateq[ue] eminentes: Gratiam erga bene meritos:
Vindi-

Vindicationem delictorum : Veritatem in dictis & factis.

Cicer. lib. 2. de Inuent. Rhet.

XLIV.

Ex hoc fonte fluit portio Iuris Romani, quæ præcipit de religione & cultu diuino : Cicer. lib. 2. de Legib. l: 2. ff de Iust. & Iur. de honore parentibus præstanto : l: 2. & tot. tir. ff de honor. & obseq. parent. præst. l: furiosæ. ff de curat. furios. l: parentes. ff de in ius voc. l: fin. C. de bon. matern. de iuuanda & defendenda patria : l: 2. ff de Iust. & Iur. l: postliminium. § filius. ff de captiu. & postlim. de honore & reuerentia erga magistratum : l: 2. ff de in Ius voc. l: hos accusare. ff de accusat. l: 4. ff de recept. arbitri. l: 7. § fin. ff de iniur. de honore & immunitate seniorum : l: semper. ff. de iur. immunit. l: vnic. C. qui ætate. de pœnis delinquentium : l: 1. § 1. ff si is qui testam. lib. est. iussus. de emendatione liberorum & propinquorum peccantium : l: si filius ;. l: congruentius. 4. C. de patr. porest. l: vnic. C. de emend. propinq. de affectione & propensione beneuola erga cognatum sanguinem potius, quam extraneum : l: Publ. Meuius § Titia. ff de condit. & demonstr. l: cum acutissimi. C. de fideicom. de successione liberorum in bona parentum : l: cum naturalis ratio. ff de bon. damn. l: nam et si. ff de inoffic. testament. l: scripto ff si tab. testam. null. ex tab. de antidorali obligacione : l: et si leges. § consuluit. ff. de petit. hered. de reddendo deposito : l: bona fides ff deposi. de conuentionu pactorumq; obseruantia. l: 1. ff de pact. l: 1. ff de constit. pecun. Ioseph. Gonzal. lib. var. quæst. cap. 38. & 40. Coras. lib. 2. de art. Iur. cap. 6.

Secundus

XLV.

Secundus Iuris Romanifons est Ius Gentium, quod non tam naturali ratione, quam ratiocinatione & iudicio prudentum, vsu & necessitate vita exigente, introductum est, & apud omnes gentes per quem custoditur.

Pinell. in Rubr. Cod. de rescind. vendit. part. 1. cap. 1. n. 9. Ioseph. Gonzal. cap. 40. Conan. lib. 1. cap. 6. Loriot. de Iure axi. 34. VVesemb. in parat. ff. de Iust. & Iur. n. 16. per § Ius autem gentium Institut. de Iur. nat. gent. ciuil.

XLVI.

Usus seu utilitas vita communis peperit rerum communicationem & commercia; dominiorum possessionumq; acquisitionem & translationem. Necesitas ad tranquillitatem & defensionem condidit regna, constituit iudicia, distinxit dominia, terminos posuit a gris, struxit adficia & munitiones, introduxit bella, inducias, legationes, fædera, captiuitates, seruitutes, manumissiones, postliminia, etc.

Rain. Cors. lib. 1. Indag. Iur. cap. 14. per d. § Ius autem gentium, l. manumissiones, l. ex hoc Iure. ff. de Iust. & Iur. Cap. Ius gentium, dist. 1.

XLVI.

Huius fontis riuuli longè lateq; se effundunt in omnes ferè Iuris Romani partes: hinc omnes penè obligationes & contractus, tam nominati, quam innominati: l. ex hoc Iure, & ibi Iason. ff. de iustic. & Iur. l. Iuris gentium in princ. & ibi Duaren. Cuiac. ff. de paet. Vacon. lib. 1. declar. cap. 15, cum seq. Mozzi, in tract. de contract. cap. 3.

C

hinc

*hinc varij modi acquirendi rerum dominia & possessio-
nes: l. i. & tot. tit. ff. de acquir. rer. dom. § singulorum, Inst.
cod. l. i. & tot. tit. ff. de acquir. possess. hinc iura seruitu-
tum omnium: § fin. Instit. de vsu & habitat. Coras. in
Rubr. de seruitut. hinc testamentorum usus: Theophil. in
Instit. tit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Cuiac. ad l. i. ff. qui testam.
facer. Conan. lib. i. cap. 5. Vacon. lib. i. declar. cap. 16.
Pinel. in Rubr. Cod. de rescind. vendit. patt. i. cap. i. num. 23.
hinc tutela impuberū: § impuberes. Institut. in Attil. tutor.
Hinc tractatus de iure belli & re militari, de capti-
uitate & postliminio: de castrensi peculio: vide libr.
49. Dig. tit. 15. 16. 17. de seruis, libertimis, dominis,
patronis, statuliberis, manumissionibus: l. 5. l. 6. ff de
stat. hom. tot. libro. 40. Digest. & passim in Iure Romano.
Hinc deniq; *Judicia ciuilia & criminalia*, eorumque
ordo, ut citatio, actio, exceptio, probatio, sententia.
Marant. de ordin. Iud. part. 3. num. 133.*

XLVIII.

*Tertius Iuris Romanifons est Ius Ciuale, quod quisq;
sibi populus ita constituit proprium, ut neq; in totum à
Iure naturali vel gentium recedat, neq; per omnia ei
seruiat, sed aliquid addat, vel detrahatur.*

Vlp. in l. Ius ciuale l. omnes populi, ff de Iust. & Iur. Conan.
lib. i. cap. 7. Loriot. de Iur. axio. 36.

XLIX.

*Et Ius quidem Romanorum magna sui parte
vel ex aliarum Rerum publ. in primis Atheniensium &
Lacedemoniorum legibus; vel ex ipsis Urbis Roma,
Veteris & Nova institutis & constitutionibus origi-
ginem trahit.*

§ & non ineleganter, Instit. & Iur. nat. gent. ciuil.

L.

Romani enim, cùm eieclis Regibus Leges qua una
eademq; voce omnibus loqui possent, desiderarent; le-
gatos in Græciam sapientia & imperio maxime illu-
strems publica autoritate ablegarunt, optimas quasq;
leges & instituta allatum: qui profecti Athenas
Ἄθηνας, Ελλάδας καὶ εὐρώπην, inclytis Solonis legibus floren-
tes; post Lacedamonem, ubi præclaræ Lycurgi insti-
tuta vigebant, adeuntes, selectissimas leges, mores, ritus,
solemnitates, Romam aportarunt: Ex quibus Decem-
uirorum studio Leges 12. Tab. postea conditæ, & ingen-
ti ciuium expectatione promulgata sunt.

I. 2. § postea ne diutius ss de orig. Iur. Liu. lib. 3. Fenest. de ma-
gistrat. Rom. cap. 14. Riuall. lib. 2. histor. Iur. Civil.

L.I.

Hasce Leges 12. Tab. Vetus & Noua Roma le-
gibus, tam Consularibus, quam Tribunitijs, decretis,
edictis, constitutionibus, fori disputationibus, pruden-
tum interpretationibus, solemnitatibus, ritibus, mori-
busq; varijs auxit, limitauit, mitigauit, explicauit.

Pompon. in I. 2. § his legibus latis. § ita in ciuitate nostra ss
de origin. Iur.

L.II.

Inde enatum Ius Rom. aut scripto constat, aut si-
ne scripto. Scriptum Ius est lex, plebiscitum, senatus-
consultum, Pratoris edictum, Principis placitum,
prudentum responsum. Non scriptum Ius est consue-
tuine & vsu comprobatum.

I. Ius Cūile cum I. seq. ff de Iust. & Iur. § constat. Inst. de Iur. nat. gent. ciuil. Cicero in Topic.

LIII.

Lex Romana est ius, quod populus Rom. senato-
rio magistratu rogante constituit.

§ lex. Institut. eod. Gelli. lib. 10. cap. 20.

LIII.

Quoties enim emergens negocium legis sanctio-
nem desiderabat, legislator, postquam Senatui expo-
suisset rogationis sua sententiam, in Comitijs legem no-
uam ad Populum ferebat, & vellent iuberent ne id
fieri, quod lege propositum erat, rogabat: post scriptam
pro Rostris trinundino edebat, ut cognoscendi & deli-
berandi esset facultas: Comitijs deniq; sequentibus se
Populus rogatam legem communi suffragio approba-
bat, lata sancitaq; Lex dicebatur, & aneis tabulis in-
cisa in Aërario recondebatur:

Alex. ab Alex. lib. 6. genial. dier. cap. 23. Conan. lib. 1.
cap. 13. Alciat. in I. derogatur legi. ff de verb. sign.

LV.

Lata hoc modo lex Legislatoris nomen assumebat,
(unde lex Aelia Sentia, Junia Norbana, Fusia Ca-
ninia & similes ab autoribus suis dicta.) et omnes ciues
Rom. tam senatores & patricios, quam plebeios obli-
gabat.

cap. quædam Dist. 2. Hotom. in libr. de Legib. Rom. Riwall.
lib. 1. histor. Iur. Forster. lib. 1. histor. Iur.

Plebi-

LVI.

Plebiscitum est ius, quod plebs Rom. plebeio magistratu rogante constituit.

I. 2. § deinde cum esset, ff. de orig. Iur. § plebiscitum, Inst. de Iur. nat. gent. Gelli. lib. 10. cap. 20.

LVII.

Nam plebs Rom. non uno modo se carpi oppri-
mi cernens Patrum insolentia, libidine & crudelitate;
secessionem ab eis fecit, sibiq; proprium creauit magi-
stratum, nimirum Tribunos: quibus rogantibus Ius
peculiare condidit, quod Plebiscitum appellauit, eiq; ex
nomine Tribunitij magistratus nomen indidit, ut in
plebiscito Cassiano, Gabiniano, Cincio, Aquiliano ma-
nifestum est.

Pompon. in l. 2. § deinde cum esset, ff. de orig. Iur. L. Flor.
de gest. Rom. lib. 1. cap. 22. 23. cum seq. Riwall. libr. 2.
histor. Iur. ciuil. cap. de plebiscit.

LVIII.

Quia verò plebiscitis initio sola plebs complures
annos obligabatur, indeq; sapientis discordia inter patri-
cios & plebem nascebantur, tandem M. Horatius
Consul lege lata sanxit, ut plebiscitis deinceps uniuersi
ciues Rom. tenerentur: quam legem Horatianam
Q. Hortensius Dictator postmodum renouauit, cum
patriciorum ambitione penè esset abolita.

d. l. 2. § deinde cum esset. Liui. libr. 3. Gelli. libr. 15. cap. 27.
Plini. lib. 16. cap. 10. Conan. libr. 1. cap. 13. Ferar. VVesemb.
Borchold, in § plebiscitum. Inst. de Iur. nat. gent.

LIX.

Hinc factum, ut legum plebiscitorumque eadem
deinde autoritas esset, & plebiscita non raro leges à
Iuris Autoribus vocentur, sicut de Lege Falcidia,
Aquila, Oppida, Scribonia, Cassia, Cincia & alijs
legibus Tribunitijs constat.

Hotom. in libr. de legib. Rom. Riuall. libr. 2. l. 1. ff ad leg.
Aquil. l. 4. § fin. & ibi Cuiac. ff de vsucap. cap. quædam dist. 2.
Coras. lib. 2. de art. Iur. cap. II.

LX.

Senatusconsultum est Ius, quod Senatus Rom.
non exquisitus populi vel plebis suffragijs constituit.
§ Senatusconsultum. Instit. de Iur. nat. gent. ciuil.

LXI.

Cum enim Vrbs Roma hominum adiectione quo-
tidie augeretur, & plebs facile coire non posset, populus
sanè longè difficilius; necessitas ipsa curam Legum &
Iuris ad Senatum deduxit: qui communicatis consi-
lijs Ius proprium constituit, populo quidem inconsulto,
cum approbatione tamen Tribunorum Plebis, qui sub-
fellijs ad valvas Curia positis, decreta Patrum exa-
minabant.

Pomp. in l. 2. § deinde quia difficile. ff. de orig. Iur. § senatus-
consultum. Inst. d. tit. Valer. Max. lib. 2. memorab. cap. 1.
Valla lib. 2. cap. 1. Gelli. lib. 14. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 4.
genial. dier. cap. II.

LXII.

Et duobus quidem modis fiebant Senatusconsul-
ta: Aut per discessionem, cum in leuioribus negocijs au-
ditio

dito primo sententia Senatore, ceteri ne dies frustra di-
cendo contereretur, in sententiam illius pedibus ibant :
Aut requisitis singulorum sententijs, cum in arduis re-
bus singuli rogabantur, præsertim seniores, honoribus
perfundi. Juniores enim aut non interpellabantur, aut
interpellati non dicebant, sed verecundè in seniorum
quam vellent sententiam descendebant.

Gelli. lib. 14. cap. 7. & lib. 3. cap. 13. Plini. iun. libr. 8.
epist. Riwall. lib. 3. histor. Iur. Hotom. in libr. de Senatu,
cap. 6. Conan. libr. 1. cap. 14.

LXIII.

Decretum autem Senatus ex maioris partis con-
gruentibus suffragijs statuebantur, & plerumq; à Ma-
gistratu sententias in Senatu rogante, nomen sortieba-
tur, ut Trebellianum, Pegasianum, Velleianum.

Conan. d. cap. 14. VVesemb. in parat. C. de senatuscons. per
I. 1. l. 2. ff. de decret. ab ord. fac. Senatusconsulta siebant
summa consiliorum maturitate in frequenti Senatu, præsentibus
100. Senatoribus in causis momentosis, in leuioribus verò plus
minus 50. vt Ascon. Pædian. in crat. Cicer. pro Corn. Balbo
notat: plenius hæc apud Hotom. in libr. de Senatu Rom. cap. 7.
Conan. d. cap. 14.

LXIII.

Postquam verò suffragium Tribunitium ad Prin-
cipes est translatum, ipsi Casares consulta Patrum suo
dirigebant arbitrio & quod decerni cupiebant Oratio-
ne coram in Senatu recitata, vel per Epistolam ad eum
missa, facile persuadebant: donec tandem senatoriam
administrationem Imperatoria maiestas sibi soli ven-
dicauit, ut Leo Imp. testatum fecit.

Nouell.

Nouell. Leon. 87. Nouell. Iustin. 6 2. & ibi Cuiac l. 1. ff. de reb. eor. quil. item. 2. § præter 6. ff. de petit. hæred. l. 3. l. 8. C. de legib. Hotom. libr. de Senatu Rom. cap. 2. Muscorn. in tract. de Iurisdict. num. 18. Bodin. in Method. histor. cap. 6.

LXV.

Edictum Prætoris est Ius, quod Prætor Romanus adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi Iuris Ciuilis gratia, propter utilitatem publicam, introduxit.
Papini. in leg. 7. ff. de Iust. & Iur. Pompon. in leg. 2. § cumq; consules ff. de orig. Iur.

LXVI.

Nam Prætor, custos Iuris Ciuilis, inito magistratus Edicta in Albo descripta publicè proponebat, ut inde cognoscerent Ciues, quod quaq; de re quisq; Ius dicturus esset, & tām ad agendum, quam excipiendum se præmunirent.

Pompon. l. 2. § eodem tempore ff. de orig. Iur. Vlp. in l. 7. ff. de Iurisdict. & in l. 1. § edere ff. de edend. At non tanta fuit Prætorum autoritas, vt contra Leges, Senatusconsulta, aut constitutiones Principum quid statuere possent, sed de ijs tantum, quæ nullo certo Iure comprehensa inueniebantur. Duar. libr. 1. disput. cap. 49. per l. 1 2. § fin. ff. de bonor. possel. l. cum sponsus ff. de Public. in rem l. 1. in fin. l. 28. § quod eius ff. ex quib. caus. maior. Vide Rain. Cors. lib. 3. Indag. cap. 4. Bellon. lib. 1. supput. cap. 9. Conti. lib. 2. subsec. lect. cap. 19.

LXVII.

Eiusmodi Edicta licet cum magistratus Prætoris annua esset debebant, tamen ambitiosi Prætores, qui Iurisdictionem quæstui habebant, sapè pro arbitrio innouabant: Ideoque lege Cornelia, potestate mutandi sublata,

sublata, ex Edictis initio propositis durante magistratu Ius dicere iussi sunt.

Pædian. in orat. Cicer. pro Corn. Balb Conan. lib. 1. cap. 15.

L XVIII.

Tandem Adrianus Imp. interdicta nouorum Ediclorum promulgatione, ambitioni Prætorum frenum iniiciens constituit, ut ex Edicto Perpetuo, à Salvio Iuliano ordine optimo composito, omnes de cetero indicarent.

Eutrop. in vita Iulij. Spartan. in Seuer. Duar. & VVesemb. ad tit. ff. offic. Præt. l. 1. § sed & si leges. l. 2. § sed quia diuinæ C. de veter. Iur. enucl. l. pen. C. de condit. indeb.

L XIX.

Ædilitum edictum, quod Ædiles Curules de ædificiorum structura & ornamentis, de annonâ, & vitiosorum pecorum aut seruorum venditione etc. proponebant, rectius Iuris Honorarij quam Prætorij portio dicitur.

§ proponebant. Instit. de Iur. nat. gent. § prætoriæ. Instit. de diuini: stipul: l. 5. vbi Duar. Cuiac. Donell. ff. de verb. oblig. Cuiac. lib. 8. obser. 38. Borchol. de paet. cap. 5. n. 44. Conti. lib. 2. subsec. lect. cap. 19.

L XX.

Principis placitum est Ius, quod Imperator Rom. constituit. Nam populus Rom. cum ipsis rebus dictantibus censeret utilius, ut Reipub. per unum consulere tur; lata Lege Regia omne suum imperium ac potestatem in Principem translulit, eiusq; maiestatem eò euexit, ut quod illi placuisset, legis haberet vigorem.

D Pomp.

Pomp. in l. 2. § nouissime. ff. de orig. Iur. Vlpian. in l. 1. ff. de constit. Princ. Lex Regia initio Vrbis lata Romulo regnante, Liui. lib. 34. temporibus Augusti & Tiberij Imp. renouata est. Tacit. lib. 1. Dion. libr. 43. Vnde lex Augusti dicitur. l. apud eum ff. de manumiss. & lex Imperij l. 3. C. de testam. l. 1. § sed & hoc studiosum. C. de vet Iur. enucl. Couar. in pract. quæst. cap. 1. Duar. lib. 2. disp. cap. 19. Gouean. lib. 2. var. cap. 30. Quidam existimant Cæsares primos non tam populi concessio- ne, quam vi & fraude Imperium occupasse. Conan. lib. 1. cap. vlt. num. 3. Ferrar. in § sed quod Princip. Inst. de Iur. nat. gent.

LXXI.

Qua potestate boni Principes non abutebantur, sed quo statuendum erat orationibus aut epistolis comprehendebant, easq; per se vel Questores in Senatu recitabant, censendi arbitrium ei relinquentes.

Paul. in l. oratione. ff. de rit. nupt. l. 1. l. 2 ff. defer. l. 3. C. de legib. Nouell. 62. & ibi Cuiac. Idem in l. cum hi. ff. de transact. Cuiac. lib. 1. obs. 18. Vnde Theodosius & Valentinianus Imp. testantur, se nullam promulgare legem inconsulto Senatu. l. hum- manum. C. de legib.

LXXII.

Ius autem à Principe conditum generali nomine Constitutio dicitur, & diuiditur in Rescriptum, Decretum & Edictum.

l. 1. § quodcunque ff. de constit. Princ.

LXXIII.

Rescriptum dicitur cum Princeps vel subscribit libellis supplicantium: a) vel magistratibus aut pri- uatis de iure consulentibus rescribit, quid seruari velit: b) vel deniq; pragmatica sanctione de causis publicis alicuius

*alicuius uniuersitatis, prouinciae, corporis, curiae, scholae
de consilio Procerum respondet. c)*

a) § 1. Instit. quib. non est permis. fac. testam. l. si quis 6. §
eius qui. ff. de iniust. rupt. testam. l. 1. § 1. ff. de constit Princip.
b) l. 3. § ideoq; ff. de testib. l. rescriptum. 12. ff. de distr. pign.
l. sed addes. 24. §. fin. ff. locat. Eiusmodi sunt pleraq; rescripta
Principum in Codicem à Iustiniano congregata.

c) l. fin. C. de diuers. rescript: § si quæ vero pragmaticæ. Con-
stitut. de Iustin. Cod: confirm:

LXXIII.

*Decretum est sententia Principis, de re controvener-
sa inter litigantes in Iudicio pronunciata: a) Cui affi-
nis est Interlocutio Principis, de plano & quasi aliud
agendo respondentis de Iure: b)*

a) Exemplum in l. 3. ff. de his quæ in testam. delent: l. Aemilius: ff. de minor l. fin. ff. de hæred. instit.
b) d: l. 1. § 1. ff. de const. Princ: Conan: lib: 1. cap. vlt.

LXXV.

*Edictum est Ius, quod Princeps sine complexu perso-
narum & causarum ad honestatem & utilitatem sub-
ditorū cōstituit, ut futuris negotijs formā det: nisi nomi-
natim de præteritis aut pendentibus in eo cautum sit.*

l. 3. l. 7. C. de legib. l. hac edictali, C. de secund. nupt. l. edi-
cto 13. ff. de Iur. fisc. l. edictum 8. ff de quæst.

LXXVI.

*Quod igitur Princeps Edicto præcipit, lex genera-
lis est, omnes Imperij subditos tenens: Ideoq; magi-
stratum programmatibus olim in prouincijs diuulga-
batur, tabulis publicè in foro, aut Ecclesiarum porti-
cibus affixis ut uniuersis cognoscendi facultas esset.*

I. 3. C. de Legib. Nouell. 8. vt Iudices siue quoq. suffrag. fiant.
§ traditæ nobis.

LXVII.

Quod verò per Epistolam aut Decretum constituit, non aliter legis habet vigorem, quam si ei animus fuerit, τὸ κείθεν ποιεῖν νομοθέτημα, seu ex eo legem facere.

Nouell: Leon: 92. Cuiac. ad tit. Cod. de legib. I. fin. C. eod. Duar: ad tit: ff. de const: princ: cap: 1. Conan: lib: 1. cap: vlt: num: 7.

LXXVIII.

Constitutionum itaq; alia sunt generales, quæ ab omnibus intelligi debent, & omnes constringunt, paganos & milites, homines domus Augustæ, Augustum ipsum & Augustam.

I. 3. l. 9. l. 10. C. de legib. Cuiac. lib. 12. obs. 32. l. 3. § Diuus ff. de sepulch. viol. l. fin. ff. de accus.

LXXIX.

Princeps enim licet legibus sit solutus, legibus tamen eum viuere oportet: Nam digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri.

I. princeps. ff. de legib. l. ex imperfecto 23. ff de legat. 3. § fin. Instit. quib. mod. testam. infirm. l. 2. C. de testam. l. digna vox C. de legib. Vid. Vasqu. lib. 1. illustr. controu. cap. 1. Duar. in tit. de legib. cap. 5. Conan. libr. 1. cap. vlt. Coras. libr. 1. miscel. cap. vlt. Cuiac. lib. 5. obs. 30. Bodin. in method. hist. cap. 6. Donell. lib. 1. comment. cap. 17. Hinc enatae disputationes de plenitudine potestatis Principis, an possit contra ius commune quid statuere, vel res priuatorum aut ius quæsumum auferre? de quibus vid. Iason. in l. Barbarius ff. de offic. prætor. Tiraquel: de pœnis. in procœmio n. 38. Vasqu. lib. 1. illustr. cap. 2. & cap. 5. Menoch. lib. 1. arbitr. quæst. cap. 43. Gail. lib. 2. obs. 56. & 58.

Alice

LXXX.

Aliæ sunt speciales, quæ priuilegia dicuntur, vel Personarum, ut illustrium, egregiorum, militum, clericorum, scholarium: vel Rerum, ut piarum causarum, dotis, etc. quæ non tam priuant legem, quam explicant & supplent ea parte, ad quam communis regula porrigit nequit.

Splanè Inst. de Iur. nat. gent. ciuil. l. 1. § fin. ff. de constit. princ. Vid. Oldend. in libell. de Iur. singul. seu priuilegijs.

LXXXI.

Responſa prudentum sunt ſententia & opinioneſ Jurisconsultorum, quibus Roma permiffum erat Iura condere, ſeu de Iure respondere.

Responſa. Instit. de Iur. nat. gent. ciuil. Cuiac, in l. Gallus ff. de lib. & poſtum. Idem lib. 7. obfer. cap. 25.

LXXXII.

Nam Legibus 12. Tab. admirabili breuitate & verborum pondere latis, euenire caput, vt non aquæ ab omnibus intellectæ, inter forenſium negociorum architectos diſputationes varias gignerent: Quare uſi fori exigente, non abs re futurum existimatum eſt, vt autoritas prudentum, qui Leges interpretarentur & responſis illustrarent, interueniret: Hac fenestra aperta, quicunq; fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, tacito potius illiteratoq; conſensu & permifſu Populi, quam autoritate publica conſulentibus de Iure respondebant: quorum tamen responſa vim legum non habebant, nec Iudicem, vt ſecundum ea pronunciaret, obli-

gabant, nisi quatenus iusta & sequenda, aut usu iudiciorum & rebus iudicatis confirmata viderentur.

Pompon: l: 2. § his legibus latis § & vt obiter. Dig. de orig: Iur: vid. Briffon: lib 3. form: popul. Rom. in fin. Vbi veterem consulendi & respondendi de Iure obseruantiam explicat. Catalogum & vitas Iurisconsultorum veterum vid. apud Forster. libr. 2. histor. Iur.ciuil.

LXXXIII.

Augustus Imp. autem, quò maiorem Iurisprudentię & autoritatem conciliaret, constituit, ut non nisi ex approbatione & permisso eius Iurisconsulti de Iure responsa ederent. Ideoq; ex eo tempore licentia interpretandi & condendi Iura ab Imperatore pro beneficio peti c&apit, & prævio examine aliquo vel experimento concedi.

Pomp. in l. 2. § primus Di: Augustus ff. de orig. Iur. Julianus Imp. nemini vult concedi munus docendi, nisi qui iudicio Ordinis probatus, decretum & consensum Curialium meritus sit. l: magistros vbi Cuiac. C. de professorib. libr. 10. Anastasius Imp. prohibuit quenquam in Aduocatorum ordinem recipi, priusquam per statuta tempora Legum eruditioni inhæsisset. l: 3. § nec de cætero. C. de Aduoc. diuersi. iudicium. Hinc in Academijs autoritate Imperatoris aut Principis, cui ab Imperatore id concessum, renunciantur Iurisconsulti, aut Doctores in quauis disciplina: quia Doctorum creatio est de referuatis Principis. Middendorp, in tract. de Academijs.

LXXXIV.

Non tamen existimandum est, Augustum responsa prudentum legibus adæquasse: sed quod antea promiscue omnibus permittebatur, id paucis & quidem selectissimis concedendum putasse. Nam Theodosius & Valen-

Valentinianus Impp. primò, & eos deinde secuus Iustinianus, responsis Papiniani, Pauli, Caij, Ulpiani, & aliorum, eandem cum legibus & constitutionibus in iudicando autoritatem esse voluerunt: non ex ipsorum autorum existimatione, sed Imperatoria confirmatione.

I: 1. Cod. Theod. de respons. prud. I: 1. § sed neque ex multitudine. C. de veter. Iur. enucl. Conani. d. cap. 15. Ferrar. in d. § responsa. Catalogum & vitas Iurisprudentum, qui sub Imperatoribus vixerunt, vid. apud Forster. lib. 2. histor. Iur. & Riuall. lib. 5. histor. Iur.

LXXXV.

Jus non scriptum est consuetudo, tacitus populi consensus, plurimorum amorum obseruatione inuenetratus.

Cicer. libr. de Invent. Julian. in l. de quibus, cum ll. seq. ff. de legib. Cuiac. in parat. ff. & Cod. eod.

LXXXVI.

Consuetudinem introducere olim potuisse Populum Rom. libera Repub. non ambigitur: a Posteaquam verò ad Principes axioma Imperij delatum fuit, verisimilius est, Populum Rom. perinde ut quemuis alium populum, qui Superiorē recognoscit, ita demum consuetudinem introducere si Superior non contradicat b.

a) Cuiac. in l. 2. § his legibus latis. ff. de orig. Iur. Duar. ad tit. ff. de legib. cap. 12. per l. moribus 1. ff. de donat. int. vir. & vx. l. moribus, 2. ff. de vulg. & pupil. l. patre. 8. ff. de hic qui sunt sui. l. 1. in princ. ff. de curat. furios. b) Bart. num. 11. Iason n. 30. in l. de quibus, ff. de legib. Duar. d. cap. 12.

Ut



LXXXVII.

*Ut autem consuetudo subsistat, hæc fere exigunt
Iuris interpretes: Ut rationi sit consentanea^a, tacito
populi consensu interueniente^b, æcluum frequentia^c,
et temporis diuturnitate confirmata^d.*

*a) I. quod non ratione, 39. ff. de legib. Nouell. 134. in §
malè inuenta, cap. 2. § fin. cap. mala consuet. Dist. 8. cap. fin. De
consuet. Menoch. libr. 2. arbit. quæst. Cent. 1. cas. 3 2. b) I. sed
ea, 35. ff. de legib. Guid. Pap. decis. 631. num. 11. c) I. de
quibus I. sed ea, ff. de legib. I. 3. C. de ædif. priu. I. 1. C. de con-
suet. I. cum de consuetudine. ff. de legib. Gail lib. 2. obs. 31. n. 3.
Myns. cent. 6. obs. 41. Quot autem actus requirantur, Iudicis
arbitrio relinquitur. Coras. lib. 2. de art. Iur. cap. 19. Menoch.
lib. 2. arbit. quæst. cas. 81. cent. 1. d) I. de quibus, I. sed ea, ff.
de legib. I. Imperatores, ff. de pollic. I. 1. C. de seruit. & acq.
Diuturnitas temporis iudicis arbitrio committenda est. Conan.
d. cap. 10. Cuiac. in parat. C. quæ sit long. consu. Coras. d. cap.
19. Menoch. d. Cent. 1. cas. 83.*

LXXXVIII.


*Consuetudo igitur recepta, habet vim legis, et est
optima legis interpres: Imò contrariam legem ab-
rogat.*

*I. de quibus, § inueterata, I. diuturna. I. si de interpretatione. I.
minimè. ff. de legib. § sed naturalia. Instit. de Iur. nat. gent. civil.
An & quomodo consuetudo dicatur abrogare legem variè diffe-
runt Dd. vt videre licet apud Sichard. in I. 2. C. quæ sit long.
consuet. Duar. lib. 2. disput. cap. 32. & in tit. ff. de legib. cap. 12.
Cuiac. in parat. C. quæ sit long. consuet. & in lib. 2. Feud. cap.
1. Conan. libr. 1. cap. 10. n. 9. Bellon. lib. 1. antinom. cap. 16.
Forcatul. in Necyom. Iur. dial. 1. n. 25.*



380/44/63489(1)

X13<4463489100010



+ colorchecker CLASSIC

